

Hispida caelesti mole gravat cohicens
 Aetna pruinosa semper nivis horrida nutrix.
 Quae dum sol rutilat clarus in axe, sinu
 E rabido picea fundit caligine nubem:
 Mox idem quum se Tethyi restituit,
 Purpureum ejectans ignem, flammatia volvit
 Terrifico rapidum faxa sono in pelagus.
 Ardet inextincto volcania gurgite sedes,
 Aestuat horrendis ignea vorticibus,
 Spectaculum infelix, mirum: seu viderit ullus,
 Seu narrantem etiam fors alium audierit,
 Subter (e) ea ut jaceat vincitus, duroque cubili
 Ille miser curvatum adterat usque latus.
 O mihi sit placuisse Jovique & caelitibus dis,
 Quos & flos cantus, flos juvat, & citharae:
 Ingemac aetnea frustra sub rupe Typhoeus.
 Non mi etenim Scythico corda rigent Chalybe,
 Saeva nec admovit mi nutrix ubera tygris,
 Non Syrtis, non me Scylla vorax genuit.
 Cantuni amo, musarumpue choros: membra bona vidit
 Nascentem haud laevo lumine Calliope.
 Nam velut aero sublucens tramite nubes,

Ait

(e) *Subter ea . . . nimirum sub aetna, sub qua reli-*
gatum jacet Typhoei pectus, & ut Pindarus ait. οὐ ποτε
λαχνάεται.